



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

INSTITVTIONVM IVRIS CANONICI LIBRI QVATVOR.

Cucchi, Marco Antonio

Coloniae, 1564

VD16 ZV 4150

Voto. v.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62908](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62908)

LIBER SECVNDVS. 115

non percipient, quod & de canonicis obsequijs Episcopi sui additis est accipiendum, modò plures non sint, quam capituli sui vsus, & necessitas patiantur. Si tamen ecclesiam debitis ministrorum officijs carere appareat, & ex hoc damnum ferre, dum plures ex ea priuilegijs innitentes eam deserunt, poterunt tunc fructibus subductis ut reuertantur, compelli. Clericus autem valetudine aduersa impeditus, ne possit munera sua obire, beneficij sui fructus nilominus consequetur, & distributiones canonicas, & omnia, quæ sano ministerium suum præstanti darentur.

r. c. ad austram. ubi Abb.
s. c. i. de cler. non res si. in vi.

De uoto. Tit. V.

Votum est alicuius boni operis cum deliberatione Deo facta promissio, ut Beatus Thomas censuit, seu ut alij est propositi super erogationis promissio Deo facta propter bonum finem, ex deliberatione firmata.

a habes in ap. ad Abb. in rub. eo.

Est enim sciendum non idcirco adstringi aliquem voto, quod tantum animo coeperit, se aliquam operam Deo acceptam operaturum, nisi etiam id firmo certoque animo stabilierit. quare & si

b Summa Angel.

& si quis cum animo agitaret de religionis habitu suscipiendo, verba huius sententiæ edidisset, non diu hic commorabor, voti reus non propterea censendus. *c* Tunc enim duntaxat initiatum est votum, nondum autem confirmatum. at si deliberatio matura processisset, dehinc in ea fixus persistisset, tunc utique etiam confirmatum dici posset. cum vero præterea etiam verba profert, quibus fixam animi sui deliberationem aperit, consummatum iam deinceps votum dicetur. *d*

e c. i. eod. titu.

d Abb. d. 6. ii.

Hactenus tamē, nisi ulterius sit processum simplex adhuc erit, nondum autem solenne, nam quamdiu ad aliquam solennitatem ventum non sit, qua voti executio initium accipiat, simplex appellatur. Sed cum executioni ipsius per solennitates aliquas rei necessarias initium datur, tunc iam solenne effectum dici potest, veluti, si quis vouerit, se religionem probatam ingressurum; suscepitque sacram vestem, quæ professorum propria est, vel si expressè in manibus prælati religionem, & regulam professus sit; vel sacros ordines acceperit, qui eis se deuouerat. his & similibus modis solēne effectum dice-

dice
neri
exp
fit, f
tum
qua
vel
ma
etia
sim
dur
I
din
aut
ad
Pra
suff
pro
ad c
cor
de l
P
in e
den
bus
sint

LIBER SECVNDVS. 117

dicetur. ante verò, quam ad huius generis solennitates ventum sit, quamvis expressa pollicitatio clare pronunciata sit, simplex appellatur. quod tamen votum simplex non minus Deo obligat, quam solenne, & si in alijs differant: veluti quod votum solenne nō solūm matrimonium contrahi impedit, sed etiam contractum dirimit: quam vim simplex votum non habet. contrahendum enim duntaxat impediri solet.

*e c. rursus.
vbi gl. mag.
qui cler vel
voven. & c.
vni. eo. tit.
in vi.*

Haftenus de Personis, id est, de ordinibus clericorum, & quæ personæ, aut à quibus, vel quibus temporibus ad ordines admitti possint: item de Prælatiis & eorum officijs diseruisse sufficiat. Nunc ad secundam partem propositæ diuisionis transeamus: id est ad dicendum de rebus ipsorum clericorum, & initium sumamus à Titulo de Præbendis.

De Præbendis. Tit. VI.

Prouident Sacri Canones, vt qui ministerijs Ecclesiæ se deuouerūt, in eisq̄ue assidui sunt, his etiam ab ipsorum ecclesijs opes suppeditentur, quibus se dignè & honestè sustentare possint, si eos præserit inopia, necessitate

*a c. cum se
cundū Apo
stolum. de
præben.*